

Relativsätze; indir. Fragesätze
Lösung

RHH § 232f.; 240-245

NM §§ 587-594; 520-523

Cum rem penitus causamque cognovi, statim occurrit animo, quae sit causa ambigendi; nihil est enim, quod inter homines ambigatur, [...] in quo non aut quid factum sit aut fiat futurumve sit quaeratur aut quale sit aut quid vocetur. [...] Saepe etiam res non sit necne, sed qualis sit quaeritur; ut cum L. Opimi causam defendebat apud populum audiente me C. Carbo consul nihil de C. Gracchi nece negabat, sed id iure pro salute patriae factum esse dicebat. [...] Iam quid vocetur, quaeritur, cum quo verbo quid appellandum sit, contenditur. [...] Atque in hoc genere causarum non nulli praecipunt ut verbum illud, quod causam facit, breviter uterque definiat, quod mihi quidem perquam puerile videri solet: alia est enim, cum inter doctos homines de eis ipsis rebus, quae versantur in artibus, disputatur, verborum definitio, ut cum quaeritur, quid sit ars, quid sit lex, quid sit civitas. [...] (de orat. 2,104-112)